



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

265. Cæna Paschalis Christo à duobus discipulis paratur.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



sunt pecuniam illi dare. *Luc. 22. v. 5.* Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. *Matth. 26. v. 15.*

III. Iudas spondit, & exinde quærebatur oportunitatem, ut traderet illum sine turbis. *Luc. 22. v. 6., Matth. 26. v. 16., Marc. 14. v. 11.*

## MEDITATIO CCLXV.

*Cena Paschalis Christo à duobus discipulis paratur.*

I. **V**ENIT dies Azymorum, in qua necessitas erat occidi Pascha. *Luc. 22. v. 7.* Prima autem die Azymorum, quando Pascha immolabant, accesserunt discipuli ad IESUM, dicentes: Quò vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha? *Matth. 26. v. 17., Marc. 14. v. 12.*

II. IESUS mittit duos ex discipulis suis, Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? & dixit ad eos: Ite in civitatem, & ecce introëuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & quocumque introierit, dicitis patrifamilias domûs: Dicit tibi



tibi Magister; Vbi est diversorium, ubi est  
refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis  
manducem? *Marc. 14. v. 13. & 14. Luc.*  
*22. v. 8. 9. 10. 11.* Magister dicit: Tempus  
meum prope est, apud te facio Pascha cum  
discipulis meis. *Matth. 26. v. 18.* Et ipse vo-  
bis demonstrabit cœnaculum grande, stra-  
tum; & illic parate nobis. *Marc. 14. v. 15.*  
*Luc. 22. v. 12.*

III. Abierunt discipuli ejus, & venerunt  
in civitatem: & invenerunt, sicut dixerat.  
illis, & paraverunt Pascha. *Marc. 14. v.*  
*16. Luc. 22. v. 13.* Vespere autem facto, &  
cum facta esset hora, venit cum duodecim.  
Discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.  
*Marc. 14. v. 17. Luc. 22. v. 14.*

## MEDITATIO CCLXVI.

*De ablutione pedum Apostolis  
exhibita.*

I. CÆNÂ factâ, cum diabolus jam misisset  
in cor, ut traderet eum Iudas Simonis  
Iscariotæ; sciens, quia omnia dedit ei Pater  
in manus, & quia à DEO exivit, & ad DEUM  
vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta  
sua: & cum accepisset linreum, præcinxit se.  
Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit la-  
vare pedes discipulorum, & extergere lin-